



*00.00* A 231  
6

Hist:  
III C. 1

*w* DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O EPISTOLICA,  
QVA

P A T R E S  
PRIORVM SAECVLORVM  
IDOLOLATRIA<sup>E</sup>  
ROMANENSIVM IUDICES  
SISTVN<sup>T</sup> V R,

AD

V I R V M  
PRAENOBI<sup>L</sup>ISSIMVM, PRAECLARISSIMVM  
ATQVE AMPLI<sup>L</sup>ISSIMVM

IOANNEM DIEDERICVM  
WINCKLERVM, A. M.

ELOQVENTIAE ET PHILOSOPHIAE PRACTICAE  
IN ATHENAEO HAMBVRGENSI PROFESSIONEM  
SOLEMNITER AVSPICANTEM,

A V C T O R E  
FRIDER. MATTHAEO REIMBOLDO  
HAMBVRGENSI.

D. XIII. DECEMBRIS A. R. S. MDCCXXXVI.

DICERATATIO HISTORICA  
OVA

P A T R E S  
PRIORUM SACRAE ORYX  
HOPOLATRAE  
ROMANISIUM IUDICES  
SISTUNTUR

AD

V A R I U S  
PRAESES CONSUL TITUS MESSIUS  
TOTA TUM

IOANNEM DICERICAM  
WINKLERUM A.M.  
HODIE SANCTI THOMAS THEOLOGICO  
A MARIAM MARIAE SOLEMNEM  
CIRCA AVGVSTINIANA  
AETATE  
EDER MATHIAS REIMOLDO  
HANNGENSI

1600 BESSEMERIS A.D. 1600

V I R  
PRAENOBISSIME , PRAECLARISSIME,  
AMPLISSIME,  
COGNATE, FAVTOR ET AMICE  
HONORATISSIME,

**G**Vm iam lux hodierna me voti  
illius compotem faciat, quod in  
data ad TE sub initio huius  
anni dissertatione epistolica  
nuncupauit: cum hoc die exo-  
ptatissima mibi redeat occasio,  
de amplioribus industriae TVAE ac soler-  
tiae, qua hic Lipsiae maxima cum laude, maxi-  
maque

maque felicitate in litteras incubuisti , prae-  
miis TIBI, VIR PRAECLARISSIME,  
quam sincerissime gratulandi ; ego quidem, qui-  
bus verbis laetitiam , quam bac ex re percipio,  
ostendam TIBI ac demonstrem, vix inuenio.  
Ipse minime ignoras, FAVOR ET AMI-  
CE AMANTISSIME, quanto ego per-  
fusus fuerim gaudio, cum renunciatum mihi es-  
set, TE in locum magni FABRICII nostri (quem  
etiam post fata quilibet , qui merita tanti viri  
in rem publicam litterariam optima paullo accu-  
ratius perspexit, honore maximo prosequitur)  
ab Amplissimo, quod Hamburgi floret, collegio  
Scholarchali delectum, et a Senatu Magnifico,  
cui patriae nostrae salus maximopere curae cor-  
dique est, benevolè esse vocatum, ut in Atheneo  
eloquentiam et philosophiam practicam pu-  
blice doceres. Hinc TV etiam ipse, quoniam  
de integerrimo in TE animo meo es persuasus,  
facillime augurari poteris, quanta hocce die  
laetitia complear, quo TE in consessu maxi-  
morum virorum verba facientem, et munus  
hocce grauissimum solemniter auspicantem  
menti

menti meae fisto. Pro tenerrimo tamen,  
quo in TE feror, amore, temperare mibi  
non possum, quin dulcissimum huncce animi  
affectionem leui penicillo adumbrare, ac publice  
**TIBI** eundem comprobare elaborem. Sit au-  
tem in praesenti laetabundae mentis meae te-  
stis lucubratio quaedam subsecui temporis, qua  
patres priorum saeculorum idolatriae roma-  
nenium iudices sistere studui. Probe enim per-  
specxi, semper TE illa, quae ad historiam sa-  
cram et antiquitates ecclesiasticas spectant, ma-  
ximis in deliciis habuisse, et ingenuam iisdem,  
sedulamque consecrassé operam. Accipe idcir-  
co beneuole qualecumque hoc schediasma, quod  
**TIBI** hodie laetitiae et candoris mei pignus  
offerо. Sisque persuasus velim, me nunquam  
non **DEVM** praeponentem pro salute **TVA**  
ac incolumentate imploraturum esse. Seruet TE  
**DEVS** diu, omniique prosperitate exornet:  
illis vero bonis, quibus iam gaudes, insignibus  
exoptatissimam addat perennitatem. Sis, vo-  
ueo, decori Hamburgensi sapientiae domicilio,  
erudito orbi ornamento praestantissimo, ante-

A 3

ceffo-

cessorem **TVVM** longe celeberrimum non  
aequando tantum fama et gloria, verum etiam  
superando. Nec infauste **TIBI** amplissimum  
hocce, quod hodie suscipis, munus viam fore ar-  
bitror, adscendendi aliquando felicissime ad **PA-**  
**TRIS SVMME REVERENDI, PA-**  
**TRONI MEI ET AVVNCVLI AETER-**  
**NVM VENERANDI**, Auque beati  
dignitatem, honoremue. Hisce vale, **VIR**  
**PRAECELLENTISSIME, CO-**  
**GNATE, FAVTOR ATQVE AMI-**  
**CE SPECTATISSIME**, et quo me buc-  
usque prosecutus es amore ac fauore, eidem  
quoque in posterum me commendatum esse  
iubeas, maximopere a **TE**  
contendo.

בשָׁם



## בשכּ הַקְבָּה:

### §. I.

**E**t illud moris romanensium pessimi, *Institutio* ratiōne  
vt nunquam non euangelicae no-tio.  
frāe doctrināe insidias struant, ean-  
demque tollere allaborent; sua ve-  
ro placita, quorum antiquitatem, vt  
fucum faciant imperitis, maximope-  
re iactitant  $\alpha$ , magis magisque  
hominum animis infillare omnem  
moueant lapidem. Constat hoc in-  
ter omnes, vſuque et experientia deprehenditur, vt mi-  
rum sit, si quis hac de re dubitare velit. Eo magis proinde  
conful-

a) Ut vnicum tantum ex recentioribus adducam, prodeat IGNATIVS  
HYACINTHVS AMAT DE GRAVESON, celeberrimus nostra aetate  
S. Facultatis Parisiensis Doctor, collegii Cafanatenis Theologus et Ord.  
Fratrum Praedicat. Hic in *historia ecclesiastica variis colloquiis digesta*  
totus in eo est, vt quauis data occasione ifud inculcat, doctrinam ee-  
clesiae romano-catholicae vnam eandemque esse cum doctrina apo-  
stolorum, virorum apostolicorum et patrum, qui prioribus a Christo  
nato saeculis ecclesiae praefuerunt. Ita ex gr. rom. VI. colloqu. III.  
p. 72. edit. Venet. ann. MDCCXXVI. doctrina, inquit, ecclesiae romanae sola, uti  
in praecedentibus colloquiis ostendimus, verae pietatis est magistra, catho-  
licae doctrinæ vindicta, pulcherrimus primacae antiquitatis archetypus:  
quae sola auram fidem a sanctis olim semel traditam, illibata patrum  
dognata, conciliorum decreta, omnia veteris ecclesiae symbola, Christia-

consultum est, immo necessarium, animum applicare ad illorum theologiam, quo eo aptiores nos reddamus, qui resistere istis, et fraudes eorundem detegere possimus. Hinc mihi in praesenti est animus, rimari istum eorum cultum, quem angelis, sanctis, Mariae in primis, horumque reliquiis, hostiae consecratae, imaginibus et papae denique exhibere plerique minus erubescunt. Disquisitus autem sum hac vice, num ob cultum hunc romanenses sint idololatres, an vero iniuria illis inferatur, si quando illitus criminis accusentur  $\beta$ ). Cum autem quod neinem fugit, maximi omnino fiant plerisque pontificis patrum effata  $\gamma$ ): cumque inde ea communis sit in ecclesia romana querela, *haereticos*, quos

*nec religionis mysteria, et publicum cultum, DEOque dignum ab ipsis apostolorum temporibus ad hanc usque aetatem nostram ingiter retinuit.* Vide sis eundem tom. I. pag. 80. p. 132. p. 176. tom. V. p. 96. p. 187. *scq.* et alibi passim: in primis tom. VII. p. 208-213. pro virili labore, ut ostendat, romanam ecclesiam solam esse, quae vere dici debet *apofolica*. De nostra vero, quam secundum scripturam sacram profitemur, doctrina, tom. VI. collog. III. p. 71. hunc in modum differit: certe Ioannes Wicelius prolatis Calvino et Lutherio, qui eosdem errores ex illo virilente fonte hauriunt, et in huius haeretarchae schola edidit, Wicelijlarum doctrinae societate gloriantur, ut aliquam antiquitatem novis suis erroribus accersere possint.

$\beta$ ) Pii nostri confessores, in libris ecclesiae nostrae *symbolicis*, quandoque pontificios idolatrias argunt. Vide articulos *Sinalcaldicos*, part. II. p. 305. edit. RECHENBERGI, vbi de misla docent, esse illam *prae omnibus aliis pontificiis idololatriis summam et speciosissimam*, vid. et pag. 309. Pariter cultum angelorum et lanctorum, qui apud iftos obtinet, idolatricum pronunciant, artic. III. p. 311. hoc enim, inquit, *idololatricum est*, - - hic ergo *idololatricus cultus de angelis et defunctis sanctis si sublatus fuerit etc.* et pag. 316. *papam vi ad idolatriam cogere. Conf. et catechismus maior, praecept. I. p. 405.*

$\gamma$ ) Tollatur patrum et conciliariorum auctoritas, et omnia in ecclesia erunt ambigua, dubia, pendentia, incerta: difera sunt IOANNIS EGCI verba, in *enchoridio* suo *controveristarum*, artic. de conciliis, apud IOANNEM GERHARDVM, in *confessione catholica*, lib. I. part. II. cap. 13. fol. 106. edit. Francof. ann. MDCLXXIX. vbi plur. huc pertinentia deprehendes. Quibus adde, qui luculentia eiusdem rei praebent exempla, ut ceteros taceam, IACOBVM BILLIVM BRVNAEV M, et ex recentioribus HONORATVM DE SANCTA MARIA. Ille abbas S. Michaelis in Eremo, scriptor saec. XVI. monachus Benedictinus, monente IGN. HYAC. AMAT DE GRAVESON, libr. cit. tom. VII. collog. V. p. 174.

quos subinde crepant, non patrum, non totius ecclesiae, sed solius scripturae auctoritatem admittere, ut se non catholicos, sed ab evangelio evangelicos vocari velint d): idcirco iamiam non tam de scripturae sacrae, nedum solius, quam patrum priorum quatuor in primis a nato Christo saeculorum testimoniis et effatis ero sollicitus, ut argumentum quoddam domesticum, siue *κατ αὐθεωνος ε*) in praesenti suppeditem. Ve-

B

rum

latinam suam *lucubrationum* s. IOANNIS DAMASCENI versionem, quae Parisiis anno MDLXXVII. publici iuris facta est, eo potissimum nomine est aggressus, ut effrenum haereticorum (verba sunt GRAVESON N 11 l.c.) in contemnendis sanctorum patrum et veterum theologorum operibus audaciam rerunderet, quemadmodum etiam ipse fuit in epist. nuncupat. ad cardinalem, Carolum Borbonium, archiepiscopum Roshomagensis; cuius hinc verba GRAVESON IVS, loc. cit. excitatur iuuenes ad lectionem operum patrum et veterum theologorum inserere, operae pretium duxit. Pariter hic (HONORATVS DE SANTA MARIA) in libro Parisiis an. MDCCXIII. et MDCCXVII. duobus tomis in 4. gallico idiomatico euulgaro, cuius index est : *réflexions sur les règles et sur l'usage de la critique etc.* tom. I. diff. 2. artic. 6. p. 137 seqq. patrum, veterumque scriptorum ecclesiasticorum venerationem mirum in modum inculcat, eorumque dicta et testimonia non, nisi ob grauissimas praeagnostissimisque rationes, reiicienda esse contendit, praesertim, si ipsam religionem quodammodo attingant, ne sententias haereticorum sequi, necesse sit: teste 10. FRANC. BVDEO, in *isagogę historico-theologica*, lib. II. cap. III. p. m. 599. Tanti plerique Romanenfum faciunt patrum scripta et effata. Conf. et GRAVESON IVS, tom. II. p. 71.

d) Vid. in primis FRANCISC. COSTERVS, in *enchoridii* praefat. de moribus haereticorum, antith. 9. ROBERT. BELLARMINVS, de verbo DEI, lib. IV. cap. 8. THOMAS STAPLETONVS, de principio fidei, libr. II. cap. 6. GREGORIVS DE VALENTIA, in *analyſi fidei catholicae*, libr. VI. cap. 8. IAC. HYAC. AMAT DE GRAVESON, tom. I. p. 85. tom. II. p. 69.

e) *Ex patrum enim verbis et factis non sunt extenuandi articuli fidei: bene inquit MARTINVS LVTHERVS, in artic. Smalcaldicis, part. II. artic. 2. p. 300. Et optima sunt 10. FRANC. BVDEI verba, in praefat. ad IOSEPH. BINGHAMI origines ecclesiasticas, p. 4. edit. 10. HENR. GRIESCHOVII Halae anno MDCCXXIV. non utique, scribit, praefatio, quod ipsa quoque ecclesiae evangelicae doctrina hanc leue in antiquitate ecclesiastica inuenit, magnopere indigemus, cum romanensibus ex sola scriptura sacra ita obuiam ire queamus, ut vietas dare manus cogantur, prouocande-*

rum ut illud, quod volo, eo facilius pateat, ita instituam rationes meas, ut prius generalia quaedam de natura & indele idololatriae sim praemissurus, patrum dictis confirmanda; deinde cultu isto romanensium lectori ob oculos posito, a patribus eiusmodi cultum pro idololatrico fuisse habitum, ostendam.

## §. II.

*Idololatriæ  
definitio  
verbalis.*

Quod si etymon vocis species, idololatria est cultus, siue seruntus idoli. Est enim ex duobus composita vocabulis: εἰδωλον et λατρεία. Ad prius quod attinet, saepius occurrit in scriptura sacra ②), est vero a verbo εἰδεῖσθαι, quod innuit videri, assimilari: notatque per se, siue generaliter idem, quod τοι εἴδος, formam, speciem, faciem, quamlibet nimurum similitudinem et repraesentationem rei alicuius, siue verae, siue fictae ④). Speciatim vero et vsu ecclesiastico idolum significat non modo imaginem arte factam rei alicuius, quae religiose colitur, siue numen sit verum, siue fictitium; sed etiam omnem rem, cui cultus diuinus defertur, seu omne numen falsum absque imagine, siue merum sit superstitionis figmentum, siue creatura realiter subsistens, et diuina aestimatione, seu cultu diuino insignitum ⑤). Vox autem

λατρεία

que ad ecclesiae auctoritatem id demum efficiant, ut omnes intelligent, apud verum legitimumque iudicem se causa cecidisse. Cum vero illud insuper, quo unice adhuc se tuentur, munimentum, veteris ecclesie auctoritatem illis itidem eripimus, nobisque vindicamus: nostra eo certior non minus, quam clarior et evidenter redditur victoria. Errantque magnopere, si nos hocce pugnae genus detrectare, sibi persuadeant; ad quod eo labentius potius descendimus, quo certiores sumus, potiorem saltim melioremque veteris ecclesiac partem a nostris stare paribus.

②) Ex gr. 1. Cor. VIII, 4, 1. Io. V, 21.

④) Confer IOANNEM CASPARVM SVICERVVM, in thesauro ecclesiastico, voc. εἰδωλον, tom. I, fol. 1008. edit. Amstelod. ann. MDCCXXVIII.

⑤) Vid. IOANNES VALCKENIER in libro, qui inscriptus: *Roma paganizans, cap. II, pag. 10, seqq.* edit. Franecker. ann. MDCLVI. vbi discrimen, quod pontificii inter idolum et imaginem quaerunt, nihil esse faciendum, eruditè ostendit. Vid. et 10. CASP. SVIGERVS, l. c. fol. 1009.

**λατρεια** est a verbo **λατρευω**, *seruo*, *colo*, quod idem est, ac δουλευειν; neque vocabula **λατρευειν** ac δουλευειν, et **λατρεια** ac δουλεια inter se differunt. In genere enim utrumque vocabulum, **λατρεια** aequa ac δουλεια, denotat seruitutem, cultum, non vero religiosam adorationem. Interim & vocabulum utrumque, ad diuersa obiecta relatum, diuersos induit sensus, ita ut δουλεια aequa ac **λατρεια** DEO debita, diuinum cultum religiosamque adorationem significet, hominibus autem delata, cultum ciuilem, politicum, ex lege debitum <sup>1)</sup>). Praetereo iam, verbum δουλευειν e contrario in LXX virali versione pariter ac in libris noui foederis saepius, quam ipsum vocabulum **λατρευειν** adhiberi de cultu vere diuino, soli DEO vero competente. Discimus enim in scholis exegetarum, voices **λατρευειν** et **λατρεια**, in utriusque foederis libris tricies de religioso DEI cultu legi, vocabula vero δουλευειν et δουλεια tricies nouies <sup>2)</sup>). Pluribus, quae diximus, exponunt IO. ADAMSCHERZERV<sup>3)</sup>, IOAN. VALKENIER <sup>4)</sup>, IO. CASPAR. SVICERVS <sup>5)</sup>, et DANIEL CHAMIER <sup>6)</sup>,

### §. III.

Obseruarunt autem dudum viri celeberrimi <sup>7)</sup>, quod vox **λατρεια** in compositione τε ειδωλος semper notet apud exteros et sacros scriptores totum complexum cultus religiosi, siue per δουλευειν, σεβειν, προσκυνειν, vel quoduis aliud vocabulum exprimatur, modo cultus soli DEO vero debitus in-

B 2 telli-

<sup>1)</sup> Hinc in LXX. virali versione **λατρευειν** de seruitute hominibus praefixa occurrat, v. c. Deuter. XXVIII, 48. και λατρευειν τοις εγεροις ου, it. *Leuit. XXIII, 7.*

<sup>2)</sup> Confer ex gr. *Iudic.* II, 7. *I. Reg.* VII, 3. XII, 14. *II. Chronic.* XXX, 8. *Matth.* VI, 24. *Aet.* XX, 29. *Rom.* VII, 6. XII, 11. XIV, 18. XVI, 12. *Eph.* VI, 7. *Coloss.* III, 24.

<sup>3)</sup> in breviculo theologico, p. 39.

<sup>4)</sup> loc. cit. p. 14-17. ex glossariis, HESYCHIO, IO. LUDOVICI VIVIS commentario in Augustini libr. X. de ciuit. DE I, cap. I.

<sup>5)</sup> in thesauro ecclesiastico, voc. **λατρεια**, tom. II. fol. 216.

<sup>6)</sup> in panstratia catholicâ, tom. II. lib. XIX. cap. 22. §. 7.

*definitio  
realis.*

telligatur, de quo AVGVSTINVS <sup>m)</sup>: *cultus deitati debitus est, cum sacra facimus, sacrificamus, vel aliqua nostra, siue nos ipsos religiosis ritibus consecramus.* Res itaque, per vocabulum idolatriae connotata, est ista supersticio, siue falsa persuasio, qua homo aliquid, quod nihil minus, quam verus DEVS est, pro vero DEO colit, aut illud, etiam si pro DEO non habeat, cultu tamen, quo solum DEVUM religiose venerari debet, afficit: vel, ut verbis vtar ALEXANDRI AB HALES <sup>e)</sup>, scriptoris saec. XIII. suo tempore doctoris irrefragabilis dicti: *idolatria est omnis cultus diuinus, qui exhibetur creaturae.* Edocet idem nos Paulus, quippe qui <sup>o)</sup> gentilium idolatriam describit per σεβαζεοθευ και λατρευεν τη πτυσεπαρα των κτισμάτων, adorationem et cultum creaturae praeter creatorem; et alibi <sup>r)</sup> eam definit per δυλευεν τοις μη Φυσει ουτι θεοις, cultum illorum, qui non natura dii sunt, sed tantum ex opinione hominum. Obseruant enim interpretes quidam, Φυση hic τη θεοις opponi <sup>v)</sup>, ut adeo μη Φυσει θεοι idem sit, ac θεοι θεοι, i.e. numen, quod ex hominum tantum opinione, voluntate ac instituto, tanquam numen, colitur, ceterum autem sua natura nil diuini habet. Obiectum itaque idolatriae est vel figuramentum quoddam humanum, vel creatura vera, realiter existens, siue corporea sit, siue incorporea. Forma vero eiusdem consistit in actus religiosi delatione iis, qui non natura dii sunt. Religio enim est officium nostrum erga DEVUM Optimum Maximum. Totidem proinde actibus idolatria committi potest, quot verus DEVS

<sup>o)</sup> Vid. IOANNES VALKENIER, libr. cit. p. 15.

<sup>m)</sup> lib. X. de ciuit. DEI, cap. I.

<sup>e)</sup> in part. II. summae, quæst. 100.

<sup>o)</sup> Rom. I. 25.

<sup>r)</sup> Gal. IV. 8.

<sup>v)</sup> sicut olim CHRYSIPPVS dixit, in libro τετραχελον, apud DIOGENEM LAERTIVM, in vita ZENONIS, libr. VII. segmento 128. p. 440. edit. Amstelod. an. MDCCXII. φυση το δικαιοι ειναι, και μη θεοι, quod iustum, esse natura sua iustum, non ex opinione. Conf. omnino Summe Reuerendi IOANNIS CHRISTOPHORI WOLFI, Patroni nostri aeternum Venerandi, curas philologicas et criticas, tom. II. ad Gal. IV. 8. pag. 749.

DEVS religiose colitur. Est autem triplex, quem vero DEO debemus, religionis actus: Vel solum internus, amor nimis super omnia, timor, et fiducia; Vel externus duntaxat, adoratio, cum maior, qua in honorem DEI festa instituuntur, eriguntur templa, sacrificia offeruntur, figantur vota, tum minor, qua totum corpus prosternimus, aut partem eius, caput vel genua inclinamus; Vel compositus ex interno et externo, qualis est inuocatio, quippe quae et animo fit et ore, partim vero absolvitur gratiis agendis pro beneficiis collatis, partim orando pro continuatione eorum, aut nouorum collatione. Hunc cultum DEO vero nos debere, praeunte scriptura sacra, omnes ac singuli christiani profitentur. Hinc idololatria committitur, quando actuum horum vel unus aut alter, vel omnes simul iis deferuntur, qui non natura dii sunt. Qui fiduciam super omnia in illos collocat; qui religiose eos adorat et inuocat; qui commemorata reuerentiae signa rei cuidam, praeter DEVm, defert  $\varphi$ ), in idololatriae crimen incurrit. Apprime tamen actus ille religionis externus, idololatricus, cum creature defertur, adoratio illa minor, distingui debet ab actu incurvationis mere ciuili. Fit hic in societate humana legitimate, honoris et reuerentiae homini cuidam testandae gratia, absque villa idololatriae labe  $\chi$ ). Exhibitetur hic homini, ut impetretur ab eo beneficium quoddam peculiare, quod vires humanas non excedit; verum actus religiosus isti, qui bona spiritualia largiens habetur, aut mala spiritualia auertens, aut bona temporalia, ab hominibus neutiquam pendentia, concedens.

## §. IV.

Verum, quod scopus noster a nobis exigit, de patrum *Patrum* consensu solliciti simus, necesse est. Eandem plane illos ac *consensus;* nos idololatriae generatim *specitatae* habuisse notionem, co-  
*quoad de-*  
gnoscere licet ex eorum, quas scriptis suis inferuere, idolo-  
*finitionem*  
atriae *idololatriae*

B 3

 $\varphi$ ) Vid. 1. Reg. XIX, 18. $\chi$ ) conf. Genes. XXIII, 7. XXXIII, 3.

latiae definitionibus, cum verbalibus, tum realibus. Quasdam vero earum lectori beneuolo suppeditare sufficiat, ne omnes enarraturi limites, huic qualicunque opellae praescriptos, transfiliamus. Attendamus, quid TERTULLIANVS de illa senferit. Hisce ille mentem suam explicat ψ): εδος, inquit, formam sonat, ab eo per diminutuum εδωλον aequa apud nos formulam facit, igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde idolatria omnis circa omne idolum famulatus et seruitus. Sic et ISIDORVS HISPALENSIS, doctor saec. VI. ornamentum sui temporis olim dictus, idolatriam per idolorum seruitutem seu culturam interpretatur ω). Verum haec quidem ad vocem, eiusque explicationem spectant.

## S. V.

2) quoad eius definitionem reatum. Quod autem ad rem per idolatriae vocabulum significat attinet, CLEMENS Alexandrinus, doctor saec. I. hanc ita definit: εδωλολατρεια λεγεται επ του ένος εις τους πολλους επινευσι Θεου, idolatria dicitur ex uno in multis DEI attributio. Pariter, saecula II. et III. clara reddens presbyter Carthaginensis, TERTULLIANVS, quem acris et vehementis ingenii virum, quo nihil eruditius, acutius nihil, pronuntiauit HIERONYMVS α), illam β) exponit per το διον falsis seruire, et paucis interieatis ita scribit: idolatria DEO fraudem facit, honores illi suos denegans, et conferens aliis, ut fraudi etiam contumeliam coniungat. Idem de illa CYPRIANVS, saec. III. doctor egregius, sentit γ), tunc idolatriam committi, docens, quando diuinus honor alteri datur, et hinc eidem opponit illud primi praecepti officium, quo solus DEVS est colendus. A GREGORIO Nazianzeno, saec. IV. qui ob solidam doctrinarum theologiarum cognitionem et defensio-

nem

ψ) libr. I. de idolatria, cap. 3.

ω) libr. VIII. originum s. etymolog. cap. 10.

ωω) in Stromatum lib. III. fol. 404. edit. Paris. MDCXL.

α) in epifl. ad Magnum Oratorem. Vid. et VINCENT. LIRINENSIS, in commonitorio aduersus haereticos, quod sub nomine Peregini edidit, cap. 24.

β) libr. IV. de idolatria, cap. 11. γ) ad FORTVNATVM de exhortatione martyrii, cap. 1. et 2. tom. II. fol. 171. edit. Brem. MDCXC.

nem, olim theologus *ναός εξεχνη appellatus δ'*, *εἰδωλολάτρεια* dicitur ε) μετάθεσις της προσκυνήσεως από του πεποιημένου εστι τα πτυχώματα, *translatio adorations siue cultus a creature ad creatures.* Pariter diferte GREGORIUS Nyssenus: ὁ το κτίσμα, inquit ζ), προσκυνων, εἰδωλολάτρης εστι, qui creaturam adorat, *idololatra est.* Accedat hisce AMBROSIVS, siue potius HILARIVS, diaconus romanus, qui de idololatria haecce tradit η), *idololatria DEI honorem usurpat, et vindicat creature.* Tandem prodeat AVRELIVS AVGVSTINVS, romanesibus prae ceteris celebris, quippe ad quem maximopere, irrito quamvis conatu θ), configuit, ut distinctionem illam inter λατρείαν et δειλείαν, ipsis propriam, quodammodo defendant. Ille autem idololátras eos esse affirmat, qui eiusmodi seruitutem idolis exhibent, quae debetur DEO.

## §. VI.

Verum hasce patrum sententias adduxisse sat est, quia Respondet ex iisdem iam abunde, ut opinor, liquet, idem eos olim, ut differunt nos hodie, de natura et indole idololatriæ sensisse: tamenibus tunc nimirum crimen hoc committi, quando honor et cul- quibusdam, tus, quem DEO debemus, creature cuidam exhibetur; nec vocabulum tum tantum, cum creature, tanquam DEO, honor diuinus de- nimis stri- fertur, de accipien- tibus.

- δ) Vid. RVFFINVS Toranius in prolegom. *ad libros Gregorii ab ipso versos.*  
 ε) in orat. paneg. in nazarem Chriſti, siue orat. 39. fol. 620. edit. Parif. an. MDCXXX.  
 ζ) in oratione funebri de Placilla, opp. t. III. fol. 53. edit. Parif. ann. MDCXXXVIII.  
 η) in caput V. epistolæ Pauli ad Epheſos.

- θ) Nam 1) nec ipse AVGVSTINVS distinctionem istam pro accurata habuit, quod POLYCARPV LYSERVVS, in dissert. *de invocacione sanctorum* Lipiae an. MDCXXI. §. 62. probat ex eius lib. X. *de ciuitate DEI*, cap. I. ex quaefitionibus in Geneſin, lib. I. queſt. 62. ex lib. de vera religione, cap. 55. ex tract. contra Faſtum Manicheum, lib. 20. Multo minus λατρείαν ac δειλείαν pro oppositis cultus religiosi speciebus agnoscit, quin potius illo religiosum, hoc autem vocabulo ciuilem insignierit cultum, quorum hunc etiam sanctis nos debere pronuntiauit, vid. lib. X. *de ciuitate DEI* cap. 1. 2) quamvis praeviſſet AVGVSTINVS, ad patrum tamen auctoritatem, cum homines fuerint, ideoque nec naevorum omnium expertes, in eiusmodi rebus, ubi omni in

fertur; quemadmodum dissentientes quidam fingunt  $\textcircled{1}$ , sic quidem speciem quandam illius peccati describentes, non vero omnem idolatriae ambitum exponentes  $\textcircled{2}$ ). Quos autem aduersus patrum definitionibus eam superaddo, quam primitus idoli romani defensor, ROBERTVS BELLARMI-

NVS.

scriptura sacra destruimus fundamento, adstricti non sumus. Conf. et FRIDERICI BALDVINI dissertatio Wittebergae anno MDCCXIII, habita, cuius index: *speculum idolatriae papalis*.

$\textcircled{1}$  Est in his in primis GREGORIVS DE VALENTIA in *disput.* 6. q<sup>u</sup>o<sup>m</sup> 2. de *idolatria*, punc<sup>t</sup>. 1. qui punc<sup>t</sup>. 3. illud ita explicat, quod is tanquam DEV<sup>M</sup> colat creaturam, qui ei cultu quodam, quantum in se est, velit opinionem conciliari talem, qualis reuera in solam DEI maiestatem competit: et hinc punc<sup>t</sup>. 6. concludit, romanenses non esse idolatras, cum tale quid non audeant.

$\textcircled{2}$  Tres enim idolatriae species a theologis, preeunte scriptura sacra, confituntur solent. Prima, eaque craftissima est, quando, neglecto omni veri DEI cultu, creatura, tanquam DEV<sup>M</sup>, colitur: altera, quando, praeter verum DEV<sup>M</sup>, creaturis quibusdam diuinus deferuntur honor et adoratio, istaque in cultu diuino conficiantur: tertia, quando DEV<sup>S</sup> verus colitur alio, quam in sacro codice nobis praecepsit, et naturae eius spirituali aduersante modo. Vid. IOANNES VALKENIER, lib. cit. cap. 3. p. 22. et WHITGIFTVS, in libro, quo Anglicanam ecclesiam aduersus concilium Tridentinum defendit, qui inscribitur: *Defense of the Answer to the Admonition, tract. 8. p. 152.* apud EDWARDVM STILLINGFLEETVM in den kleinen geistreichen Schriften, Lipsiae an. MDCCXXXII, edit. part. II. p. 20. Primum etiam hac de re differit IO. BENED. CARPOZIVIS, in *Isagoge in libros ecclesiasticos Lutheranorum symbolicos*, pag. 540. edit. Lips. an. MDCCXIX. ad cultus, inquit, religiosis efficiantur pertinet, ut totus nulli alii, quam DEO, tribuantur; et idolatria, huic cultui opposita, est non tantum, quando quis religiosum cultum alicui exhibet, tanquam Deo et primo principio; sed sufficit, si religiosum cultum exhibeat, qui DEV<sup>S</sup> non est, et ipso facto pro DEO habeat, etiam si secundum opinionem suam eum pro DEO non agnoscatur, sicut venter nonnullorum deus dicitur, Phil. III, 20. et auari dicuntur idolatriae, Coloss. III, 5 et Eph. V, 5. Nimirum non ad modum fiduciae hic respiciendum est, sed ad ipsam fiduciam, quae, quia religiosa est, sibi DEO debetur, et nulli alii, praeter DEV<sup>M</sup>, tribui potest. Quamuis enim in ventre ac diuiniti non conficiantur, ut primo principio, sed pro creaturis illa agnoscantur, tamen religiosae voluntur, et dii ex illis efficiuntur, quando cor illis appenit.

NVS dedit idololatria sententiam: Diserte hic λ): *si latria, inquit, quae exhibetur imagini propter aliud, est idem cultus cum eo, qui exhibetur DEO, aequo colitur creatura, atque ipse DEVS, quae certe idololatria est. Nam idololatria est non solum, cum adoratur idolum relatio DEO, sed etiam, cum adoratur idolum simul cum DEO.* Et IACOBVS SIMANCA, episcopus Hispanus, *est idololatria, ait μ), cultus DEO debitus, creaturae exhibitus.* Quod si proinde euicero, pontificios creaturis quibusdam diuinum impertire honorem, siue cultum, eundem fere cum eo, qui exhibetur DEO, abunde constabit recte eos, sensu certe ecclesiastico et patristico dici idololatras, nec adeo iniurios nos esse in eosdem, quando hocce istos notamus nomine. Sequimur enim eos, quos tanti faciunt, et a quibus neutiquam recedendum esse putant; vid. §. I. γ)

## §. VII.

Idcirco ad illud nos accingamus, ut contemplemur, an et quibusnam *creaturis romanenses cultum diuinum deferrant?* Sunt vero hae partim incorporeas, partim corporeas. Illae sunt angeli, beate defuncti et in primis Maria; hae partim inanimatae, hostia nimirum consecrata, imagines, in primis crucis signum, et reliquiae sanctorum, partim animata, nempe papa Romanus. De singulis his creaturis iam dispi-ciendum erit, qua ratione easdem cultu quodam religioso afficiant. Evidem facile largior, non omnes latriae partes his a pontificiis exhiberi; Vtinam vero nullas, largiri possem.

*Objecta  
cultus ro-  
manensium  
religiōsi  
conveni-  
tūr.*

## §. VIII.

Deprehendimus autem coli angelos a pontificiis 1) actu quodam religioso interno, fiducia nimirum, quam soli DEO vero debemus. Tribuentes enim illis eiusmodi potentiam,

C

quae

*Adumbra-  
tur eorum  
1) angelo-  
latria.*

λ) *de ecclesia triumphante, lib. II. cap. 24. in opp. tom. II. fol. 83r. edit. Co-*  
*lon. Agripp. an. MDCCX.*

μ) *in catholicis institutionibus, p. 32. de idololatria, p. 240. ed. Rom. MDLXXV.  
Vid. EHINGERI historiae ecclesiasticae saeculum XV. p. 621. edit. Fran-  
cif. MDCLIX. 4.*

quae DEO vero competit; constituant eosdem omnium fere bonorum non temporalium tantum, quae vires illorum permittunt, ex. gr. custodiae, ministerii, verum etiam spirituallium, quae a nemine, nisi a DEO, expectari possunt, donatores, malorumque expulsores. Patet hoc ex precibus, quas ad illos fundunt, de quibus postea; et ex eo, quod blasphemie satis LAURENTIVS SVRIVS<sup>1)</sup> de angelo Michaele docet: illum nempe eos, qui festum ipsum fide et desiderio alacriter celebrent, ex omni difficultate et noxio occursu liberare, dare etiam iis salutarem gratiam, deducere quoque eos ad petitionem semper vitalem et ad viam poenitentiae, usque peccatorum procurare remissionem, et in iustorum stationem connumerare in regno coelorum. Quis vero est, qui hic nimiam in angelos collocatam fiduciam non perspicit? Huic accedit <sup>2)</sup> actus religionis externus, adoratio, et adeo maior illa, quod templum et aras illis exstruant, quemadmodum ipse BELLARMINVS, promachus romanae ecclesiae, fatetur <sup>3)</sup>. Hinc et vota illis nuncupant; id quod BELLARMINVS quidem excusare annititur, dum: DEO, inquit, vobetur in signum gratitudinis erga primum principium omnium bonorum, at sanctis vel angelis in signum gratitudinis erga intercessores, per quos a DEO beneficia accipimus: rem ipsam tamen negare nequit, ut potius postea <sup>4)</sup> sui oblitus concedat, formaliter votum DEO et sanctis simul fieri. Sic quoque THOMAS DE VIO, cardinalis Caietanus, de ecclesia romano - catholica fatetur <sup>5)</sup>: sanctis absolute vobemus, sicuti DEO. Quid proinde mirum, quod festa in illorum honorem celebrant <sup>6)</sup>, eademque fine velint celebrari, ut ex SVRIO certiores facti sumus. Praecipue vero notandus est <sup>7)</sup> actus religionis compositus ex inter-

<sup>1)</sup> de vita sanctorum, tom. V.

<sup>2)</sup> de ecclesia triumphante, lib. III. cap. 4. sacrae, inquit, domus non solum DEO, sed etiam sanctis recte aedificantur et dedicantur.

<sup>3)</sup> lib. cit. cap. 9.

<sup>4)</sup> in secundam secundae Thomae de Aquino, quaest. 88. art. 3.

<sup>5)</sup> conf. ROBERT. BELLARMINVS, de ecclesia triumphante, lib. III. cap. 10. vbi diserte ducat honorem diuinorum festorum immediate et terminatiue pertinere ad sanctos, sicut ipsam invocationem.

interno et externo , quem illis exhibent, inuocatio nimis  
rum, qua precibus istos adeunt de his vel illis non tempo-  
ralibus tantum, verum etiam spiritualibus bonis conferendis,  
malisque depellendis. Cuiusmodi haec est: *angele, qui meus  
es custos pietate superna, me tibi commissum salua, defende,  
guberna. Terge meam mentem vitiis et labe fluentem, afflu-  
usque precor mihi sis, releuesque cadentem.* Ita in litaniis suis  
inuocant Michaelem, partim ut intercessorem: *summe regis  
archangele Michael intende, quae sumus, nostris temporibus. —  
tu DEVM obsecra pro nobis, ut mittat auxilium miseris;* par-  
tim ut auxiliatorem, adeo, ut letamen indulgentiae ab eo  
petant: *Audi nos, Michael, angele summe, tu palam descende  
de populi fede, nobis ferendo opem Domini, atque leuamen in-  
dulgentiae.* Gabrielem ita inuocant: *tu nostros, Gabriel, ho-  
stes prosterne. Raphaelem ita: tu, Raphael, aegris affer me-  
delam, morbos absterge, noxias dilue, nosque fac interesse gau-  
dis beatorum.* Quod si autem pontifici actus λατρευων con-  
stituentes σ) exhibit angelis, vti vidimus, sequitur neces-  
sario, quod ipsam λατρευων, sive cultum religiosum illis exhi-  
beant. Et vereor, ne sic se similes reddant veteribus haet-  
eticis, qui ob cultum nimirum angelis praetitum *Angelici  
dicti sunt, de quibus vide AVGUSTINVM τ) et CAESAREM  
BARONIVM ν).* Sequitur vero etiam hinc, quod sensu pa-

C 2

tristi-

σ) *Ara, inquit AVGUSTINVS, contra Maximinum, Arianorum episco-  
pum, lib. I. tom. VI. operum, testatur, haberi pro nomine, cui erigitur. Et  
nominatio GVLIELMV DVRANTES, sive DVRANDVS, cognomi-  
ne speculator, episcopus saec. XIII. Mimatenensis et legatus pontifi-  
cis Romani (vid. MAIOLIVS in eius vita) in rationali diuinorum of-  
ficiorum, lib. VIII. cap. vls docet, ad latram pertinere templa et alta-  
ria, festiuitates, etc. INNOCENTIVS III. papa Romanus saec. XIII.  
in lib. III. de mysteriis missae, cap. XI. ad latram, inquit, pertinent tem-  
pla, altaria, sacerdotia, sacrificia, et huiusmodi, quae sunt soli DEO  
exhibenda - ne forte si secus agatur, non theofobia, sed idololatria  
committatur. Ipse ROBERTVS BELLARMINVS, lib. I. de Christo,  
cap. 8. templum esse proprium latiae signum, monet, et Christi deita-  
tem ex templis, aris, festisque diebus probat.*

τ) *de baeribus ad Quodvultdeum, cap. 30. tom. VI. operum.*

ν) *in annalibus ecclesiasticis, ad annum Christi. LX. segmento 20. 21.*

tristico sint idololatrac, quia nimurum angeli sunt creature; creaturis autem praeter DEV M exhibere cultum, qui DEO competit, ex illorum sententia est idololatriae crimen committere: vid. supra §. V.

## §. IX.

*ab agiolaria.*

Pariter romanenses beate defunctos venerantur i) actu religioso interno, credentes in eosdem et fiducialiter sperantes. Sic enim CORNELIVS A LAPIDE<sup>Q</sup>); fidem, ait, quam habemus in Dominum Iesum, eandem habemus etiam in omnes sanctos. ROBERT. BELLARMINVS<sup>X</sup>) concedit, quod sicut in DEV M credamus, ita suo modo in sanctos etiam sit credendum, et in iis sperandum, tanquam patronis. Hinc quoque illos deos appellant, deos tutelares<sup>Y</sup>) et aequo ac angelos omnium omnino bonorum largitores constituant, quin malis singulis singulos praefecere sanctos<sup>ω</sup>), vti ex litanii<sup>α</sup>), et

<sup>φ</sup>) in commentario in epist. Pauli ad Philemonem comma 5.

<sup>χ</sup>) de ecclesia triumphante, lib. I. cap. 20.

<sup>ψ</sup>) Diferte IOANNES COCHLAEVIS, in discuss. art. XXI. fol. 327. scribit, sanctos esse deos non per naturam, sed per gratiam et per participationem aeternae beatitudini, et non esse deos alienos, nec extra DEV M, sed intime DEO coniunctos beatifica visione ac fratione. Id quod etiam ROBERTVS BELLARMINVS scribere nullus dubitavit, quando de ecclesia triumphante, lib. III. cap. 9. sub finem, beate defunctos deos participative fini per participationem nominat. Conf. omnino NICOLAI HYNNII apostasia ecclesiae romanae, §. 17. et 358.

<sup>ω</sup>) Non diffiret hocce ROBERTVS BELLARMINVS: Nos facile, inquit, de ecclesia triumphante, lib. I. cap. 18. ostendemus, non solum ab angelis, sed etiam a spiritibus beatorum hominum regi et gubernari fideles viuentes. Conf. et MARTINVS CHEMNITIVS, in examine concilii Tridentini, part. III. loc. 4. de invocatione sanctorum, fol. 809. seq. edit. Francof. MDCCVII. et IOANNES ALBERTVS FABRICIVS, in bibliographia antiquaria, cap. 8. pag. 204. seqq. vbi ex THEOPHILo RAYNAVDo praefecturas et patronos recenset.

<sup>η</sup>) Qualis est ex. gr. IOANNIS WILSONI, in exercitiis pii et Marianis, p. 155. litanie ad S. Iosephum, apud IOANNEM CONRADVM DANHAVERVM, in bodomoria spiritus papaci, tom. I. phantasm. VI. p. 115. et IOANNEM FRIDERICVM MAYERVM, in eclogis euangelicis, port. I. p. 242. edit. Hamburg. ann. MDCCXXXII.

et ex hymnis  $\beta$ ) precibusque, quas ad illos fundunt, luculentè liquet. *Iosephum ANDREAS DE S. THEREZIA nominat omnipotentem patronum (allmögenden Schutz-Herrn) γ)* et δ) *co-rede-mo-torem uniuersalem.* Quanta fiducia! Non miramur proinde, qui sancti  $\gamma$ ) et actu religioso externo, adoratione maiori colantur, eorum honori templa et altaria aedificantur, festa celebrentur, votaque illis nuncupentur. Quae partim adeo clara, ut nulla ratione negari queant, partim supra iam, vbi de angelolatria nobis sermo fuit, simul ostensa dedimus. In primis autem constat inter omnes, quod romanae sedis affeciae etiam sanctos defunctos  $\delta$ ) religiose inuocent. Docent patres Tridentini ε) debere fideles *supplies inuocare sanctos, et ad eorum orationes, opem auxiliisque confugere.* Praecipit *catechismus romanus ζ)* DEVVM esse inuocandum, deinde sanctos: ut differentiam ostendat adorationis DEI et sanctorum, duas quidem prescribit precum formulas, ad DEVUM: *miserere nobis, audinos:* ad sanctos: *ora pro nobis;* verum praeceptum hoc minime obseruari in ipsa praxi, recte monet et ostendit celeberrimus quidam nostra aetate theologus η). Preces eorum ad sanctos plurimas nobiscum communicauit MARTINVS CHEMNITIVS θ), vt vltiori huius rei demonstrazione facile supersedere queamus. Euincit, quae diximus, PAVLI SARPII, *Servitiae, celebris theologi Veneti i) testi-*

C 3 moni-

$\beta)$  Vid. breuiarium Romanum trium ordinum S. P. Francisci, ex gr. ad d. 10. Auguſti, pag. 859. edit. Colon. ann. MDCCLII. vbi fideles die festo S.

$\gamma)$  Laurentii martyris ad illum ita canere iubentur: *Noſtrum reatum dilece, arcens mali contagium, vitae repellens taedium. Soluta ſunt iam vincula tui ſacraſ corporis, nos ſolue vincilis ſacculi &c.*

$\delta)$  in der Predigt vom Ioseph. fol. I. p. 2. p. 7. et fol. X. p. 2.

$\epsilon)$  fol. K. p. 2.

$\zeta)$  apud CHEMNITIVM, lib. cit. fol. 709.

$\eta)$  part. IV. cap. VI. quaef. 3. p. 443. edit. Utinensis an. MDCCCVI.

$\theta)$  in diſertatione de mortuorum honore vero et falſo, an. MDCCXXVIII. auctoritas edita, p. 30.

$\iota)$  lib. cit. fol. 822-847.

$\kappa)$  ad cap. 2. flat. rel. apud 10 ANNEM VALKENIERVM in roma p. 26. ganizante, cap. III. p. 37.

monium, quo ingenuus fatetur, in scholis quidem distingui honorem debitum D<sup>O</sup>, et illum, qui defertur creaturis, illum vocari latriam, hunc duliam; sed in praxi distinctionem non reperiri. Eadem signa reverentiae D<sup>O</sup> et sanctis ex aequo exhiberi, genuflexionem, percussionem pectoris, inclinationem capitis, orationes, vota, iuramenta, erectionem templorum, altarium: immo in praxi ipsum sacrificium sanctis offerri. In scholis sanctos non proponi, ut datores gratiae, sed ut intercessores tantum, in praxi contra omnia illis tribui. Quid enim ingenua hacce confessione clarius? Et 10. LUDOVICVS VIVES <sup>a)</sup> suo tempore ira conqueritur: multi christiani, ait, diuos, diuasque non aliter venerantur, quam D<sup>E</sup>M<sup>b)</sup>; nec video in multis, quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis, et id, quod gentiles putabant de suis diis <sup>c)</sup>). Annon haec hodienum in plurimis romanensium ostensa det experientia, iudicent aequi harum rerum arbitrii. Iudicent hi, annou exinde eadem hic valeat ad idolatriam plurimorum romanensium consequentia, quam in spho praecedenti elicuimus; creaturem enim esse beate defunctos, nemo facile negabit.

## §. X.

<sup>3)</sup> Mario-  
latria.

In primis autem hic notanda est romanensium Mariolatria. Placuit ipsis, ut vel nomine statim ostenderent, maiorem Mariae, quam reliquis beate defunctis, deberi cultum, hunc absque ullo quidem in patrum scriptis, nedium in scriptura sacra, vestigio, ὑπερδυνατος nomine insigne. Patet autem horum idolatria hac in re etiam ex ipsorum praxi. 1) Fiducia-

- <sup>a)</sup> in *commentario in Augustini libr. VIII. de ciuitate DEI cap. vte.*
- <sup>b)</sup> Plura huc pertinenda suppeditat POLYCARPV<sup>s</sup> LYSERVS, in *diff. theol. de invocatione sanctorum libr. I.* ROB. BELLARMINI *de sanctorum beatitudine opposita*, Lipsia MDCXXI. et 10. STEVBERVS, in *diff. de eadem re*. Giesl Haffor. MDCXX. Adde liberum Delphi anno MDCC. 8. editum, sub tit: *traité de préjugés lib. V.* (conf. *Sammlung Altes und Neues ad ann. MDCCII. p. 603 seqq.*) et 10. GERHARDI *confessio-nem catholicam*, *lib. II. part. II. artic. X. cap. 2. fol. 994.* edit. Francof. MDLXXIX.

ducialem spem, quam in Mariam ponunt, MAXIM. SAN-  
DAEVS hisce prodit verbis: certi et nos, ait ꝑ) simus, si vera  
illam fide et filiali affectu vt patronam et aduocatōm invocaue-  
rimus, fore, vt non tantum in hora nouissima, sed et qualibet  
calamitate solatium obtineamus. Et antea <sup>v)</sup>) verba Pauli de  
Christo, Seruatore optimo maximo Hebr. IV, 16. ad illam  
blasphemie applicauerat: ad thronum igitur eius, in qua quie-  
uit, accedamus cum fiducia, vt misericordiam consequamur, et  
gratiam in opportuno tempore. Idem affirmat, ꝑ) esse eam  
clypeum in ipsam sperantibus, exsulibus praesidium, salutem,  
pietatis asylum, ciuitatem refugii, religiosis sanctuarium DEI,  
perfectis portam coeli. Dicunt quidam, Virginem esse me-  
diatrixem inter Filium et homines. Sentit ita IOANNES  
CRASSETVS, Iesuita <sup>e)</sup>: ad Patrem, scribit, accedendum est  
per Filium, et ad Filium per matrem. Vti non possum salvare,  
nisi per merita Filii, sic sperare deboe de salute per intercessio-  
nen matris. Filius est noster mediator apud Patrem: mater  
est nostra aduocata et nostra mediatrix apud Filium: et paucis  
interiectis esse eam corredemtricem docet: ab eo, inquiens,  
tempore, quo Maria vitam dedit DEO, illa vitam procurauit  
omnibus hominibus, ut, cum sacrificaret filium illum DEO, Pa-  
tri suo, illa cooperata est ad eorum salutem. Quidam supra  
Christum eam effuerunt. Superstitiose prorsus de Christo et  
Maria scribit IOANNES FABER, Viennensis in Austria episcopus <sup>π)</sup>: orationem Mariæ esse nobilissimum orandi modum,  
quia habeat rationem iussionis et imperii: nam Filium non tan-  
tum teneri audire matrem, sed et obedire. Quid? quod non-  
nulli illam deam facere non erubescant, omnipotentiam,  
aliaque attributa diuina eidem affingentes. Potentia eius,  
dete-

<sup>v)</sup> in orationibus ad sodales habitis de patrocinio Deiparae anno MDCXXX-  
Moguntiae editis, quae a superioribus perfectae et approbatae sunt,  
vri duplex censura praefixa ostendit: pag. 481.

<sup>i)</sup> pag. 453. <sup>e)</sup> pag. 376.

<sup>o)</sup> dans la *Confédération chrétienne*, tom. I, p. 17. 18. edit. Paris, ann. MDCCXII.

<sup>π)</sup> in *opere concionum*, part. I, pag. 526. a. Laudat et maximopere com-  
mendat huius opera cum moralia, tum dogmatica. IAC. HYACINT.  
AMAT DE GRAVEON, in *bistoria eccl.* tom. VII, p. 177.

detestanda SANDAEI sunt verba  $\varphi$ ), est incredibilis; fecit in te magna, qui potens est, et data est tibi omnis potestas in celo et in terra. It. Velle Virginis est non solum posse, sed et efficere. Docet idem amphitheatrum honoris, (quod horroris potius dicendum esse recte obseruat ipse IO. FABRICIVS, licet hic alioqui pontificiorum partes in se suscipiat, eosdemque ut omnis omnino idolatriae absoluat, annitur  $\sigma$ ), et blasphemum sane B. Virginis psalterium apud MARTINVM CHEMNITIVM  $\tau$ ). Hinc et  $\gamma$ ) adorationis maioris honore Mariam afficiunt romanenses. Quid! vix oppidum, declamat SANDAEVS  $v$ ), certe non urbs aut ciuitas paullo maior, quae non suspirae huic diuae in memoriam gratitudinis testandae causâ aedem constituerit, ad quam tanquam ad sanitatis officinam et asylum miserrorum in periculis confugiant. Votorum, quae Mariae nuncupantur, hanc afferit ROBERTVS BELLARMINVS  $\phi$ ) formulam: Voueo DEO et Mariae, et omnibus sanctis etc. De festis in Mariae honorem institutis, qua ratione a plerisque celebrentur, non est quod addam, quippe quae nemo ignorat; nec  $\beta$ ) de actu religionis composito. Constat enim hic luce meridiana clarior ex precum ad illam formulis, quas legere licet apud CHEMNITIVM  $\chi$ ). BEDA BIERMANN  $\psi$ ) huic quidem orationi: Maria, mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe, colorem dare annuitur, ita eam explicans: Maria, quae genuisti Christum, auctorem gratiae et misericordiae, tua intercessione fac, ut Christus nos protegat principaliter, et hora mortis suscipiat. Verum, vt taceam, nec hanc explicationem verbo diuino congruam esse, nec crassissimi erroris expertem, quare preces simplicioribus praescriptae tam obscuris involuuntur verbis? maxime cum sciamus, simpliciores naturali inclinatione ferri ad creaturarum adorationem. Pluribus dicta exponunt IO. GERHARDVS  $\omega$ ), GEORGIVS

CALIX-

$\varphi$ ) lib. cit. pag. 443. p. 460. et p. 460.  $\sigma$ ) in consideratione variorum controversiarum, quam anno MDCCIV. euulgauit, p. 420.  
 $\tau$ ) in examine concilii Tridentini, part. III. fol. 828. seqq.  $v$ ) lib. cit. p. 34.  
 $\phi$ ) de ecclesia triumphante, lib. III. cap. 9.  $\chi$ ) lib. cit. fol. 824. seqq.  
 $\psi$ ) in speculo catholicoco-controversiſtico Erfordiae an. MDCXXXI. 8. edito: tract. 5. artic. 4. p. 186.  $\omega$ ) in confessione catholica, loc. cit. fol. 1018. seqq.

CALIXTVS  $\alpha)$  ET GEORGIVS HENRICVS GOETZIVS  $\beta)$ .  
Ecquis vero etiam hic a romanensibus idololatriam committi, coll.  $\delta.$  V. negabit.

## §. XI.

Ab incorporeis pontificiorum idolis accedimus iam ad  $\gamma)$  artola-  
corpora, vt cultus, quo haec quoque prosequuntur, ratio-  
nem breuiter lusremus. Praecipue autem hoc pertinet  
dissentientiuin artolatria, qua, non contenti, quod in sacrificio  
missae coram pane a sacrificulo in altum eleuato procidant,  
pectora percutiant, et preculas suas demurmurent; pa-  
neum illum thecae inclusum in processionibus pompa maxi-  
ma circumferunt, et extra actum sacramentalem, quicunque  
huic facro, in primis in locis iuri territoriali pontificiorum sub-  
iectis, obuiam fiunt, in genua procumbere, ac cultu D E O  
debito idolum illud adorare tenentur. Docent nos hoc pa-  
tres Tridentini  $\vartheta)$ . Accedit ROBERTVS BELLARMINVS:  
cultu, inquiens  $\delta)$ , latriae dicimus per se et proprie Christi  
adorandum, et eam adorationem ad symbola etiam panis et vi-  
ni pertinere, quatenus apprehenduntur, ut vnum quid cum  
Christo continent. FRANCISCVS COSTERVS eandem tue-  
tur sententiam, panem nimirum consecratum esse afferuan-  
dum, ostendendum et adorandum. Ita enim scribit  $\varepsilon)$ : Ho-  
noramus Christi corpus afferantes et pretiosis vasis impo-  
nentes in recordationem eiusdem mortis et sepulturae Do-  
minicae, dum Christi corpus sub specie panis manimi velut  
mortuum corpus et exsangue sacris thecis tanquam sepul-

D

cvo

$\alpha)$  in dissertatione theologica de cultu sanctae Virginis apud pontificios, Helmst. ann. MCL, habita.

$\beta)$  in dissert. de odio pontificorum in hymnos Lutheri, qui pag 20. tam horrendas formulas quorundam romanensium in adoranda Ma-  
ria nobis suppeditat, vt sine detestatione nequidem legi possint. Adde, si placet, scriptoribus citatis librum a Iesuita quodam  
Pragae anno MDLXXXVIII. 12. editum, sub tit: Wegweiser zum wun-  
derhaften Wibe der Mutter Gottes bey Graupen. (conf. Samm-  
lung Altes und Neues ad annum MDCCX. pag. 320. seqq. et ad annum  
MDCCXVII. pag. 924.)

$\vartheta)$  sessione XIII. cap. V. et canon. VI. apud CHEMNITIVM, in exam.  
concilii Tridentini, fol. 384.

$\delta)$  lib. I. de eucharistia.

$\varepsilon)$  in encibiridio, cap. 8. pag. 332.

cro includitur, et adoratur, vt de hoc sepulturae genere non incommodè possit intelligi vaticinium Esiae: et erit sepulcrum eius gloriosum. Plura qui cupit, audeat MARTINVM CHEMNITIVM  $\zeta$ ), IOANNEM GERHARDVM  $\eta$ ), CHRISTIANVM CHEMNITIVM  $\theta$ ) et IOANNEM CONRADVM DANNHAWERVM  $i$ ).

## §. XII.

$\tau$ ) iconola-  
ria.

Iam quoque dispiciamus, quemnam imaginibus pontificii exhibeant cultum. Debitum honorem et venerationem esse imaginibus Christi, Mariae et aliorum sanctorum imperitiendum, docet concilium Tridentinum  $\kappa$ ). Quis autem sit ille honor debitus, nec Tridentini patres, nec praeses et iudex, pontifex Romanus determinare ausi sunt: ast Iesuitae, oculi mentis papae, prodiderunt. Ita autem determinat RÖBERTVS BELLARMINVS  $\lambda$ ): secunda opinio est, quod idem honor debeatur imagini et exemplari. Hinc et hic deprehendimus, quo imagines venerantur romanenses, 1) actum quandam religiosum internum, fiduciam nimirum de conferendis beneficiis. Quamquam enim Tridentini patres illam remoueant, experientia tamen contrarium demonstrat. Patet enim haec fiducia ex benedictionum formulis, quibus easdem consecrant, ex gr. imaginem Mariae: sanctifica DEVS hanc formulam beatæ Virginis, ut tuis fidelibus salutaris auxiliū opem ferat, etc. it. imaginem Ioannis evangelistæ: praesta, ut omnes illam cum reverentia intuentes, precesque coram illa fundentes, pro quacunque necessitate oraverint, exaudiantur. Sit haec imago daemonum sancta expulsio, angelorum aduocatio, fidelium proteccio, eiusque in hoc loco vigeat intercessio, etc.  $\mu$ ) Obseruamus hic 2) adoratio-

nem

- $\zeta$ ) in examine concilii Tridentini, part. II. loc. IV. seqq. V. fol. 384. seqq.
- $\eta$ ) in confessione catholica, lib. II. part. II. artic. XIV. cap. 3. fol. 115o. seqq.
- $\theta$ ) in disputatione theologica de transsubstantiatione, et illi superstruendo festo corporis Christi an. MDCLXVI. habita.
- $i$ ) in disput. theol. de festo corporis Christi, vulgo Frohleichtname: Tag. Argent. an. MDCLXII.
- $\kappa$ ) seffione XXV, apud CHEMNITIVM, lib. cit. part. IV. loc. 2. fol. 43.
- $\lambda$ ) de ecclesia triumphantib., lib. II. cap. vlt.
- $\mu$ ) conf. MART. CHEMNITIVS, lib. cit. fol. 67. seq.

nem quandam maiorem et minorem: docent enim item, verba sunt MARTINI CHEMNITII, loc. cit. facienda vota, suscipiendas peregrinationes ad certas sanctorum statuas, hac promissione: si quis tali se voleat imagini, sanabitur, vel optato porietur. Ipsi patres Tridentini loc. cit. iubent fideles coram illis caput aperire et procumbere, usque osculum imperire. Inde nec 3) inuocatione imaginum supercedent romanenses. Praescripta est ex. gr. oratio ad effigiem vultus Christi, quam Veronicam appellant: salve sancta facies, nos ab omni macula purga vitorum, atque nos conseruo iunge beatorum. Nos perduc ad patriam, o felix figura, etc. In primis vero hoc cultu religioso afficiunt crucis signum. Annotat CHEMNITIUS loc. cit. in antidotario extare hanc ad illud orationem: signum sanctae crucis defendet me ab omnibus malis. Per hoc signum sanctae crucis a periculis mundi liberet me Dominus. Et ROB. BELLARMINVS v) eius tres enumerat effectus, 1) quod fugiat daemones; 2) pellat morbos et omnia mala; 3) sanctificet ea, quibus imprimatur. Non est autem, quod patres Tridentini, ut fucum faciant imperitis, garriant, honorem, qui imaginibus exhibendus, referri ad prototypa per easdem repraesentata. Nam 1) idem gentiles ad idololatriam suam tegendam adduxerunt, nec patribus haec responsio satisfecit: vide ARNOBIVM, alias. 2) contrarium docet BELLARMINVS corypheus idoli romani defensorum: imagines Christi, inquit ξ), et sanctorum venerandae sunt, non solum per accidens vel impolie, sed etiam per se et proprie, ita ut ipsae terminent venerationem, ut in se considerandae, et non solum, ut vicem gerant exemplaris. Si enim imago non est veneranda, nisi impolie, quia nimis coram illa, vel in illa, vel per illam adoratur exemplar, certe licebit simpliciter negare imagines esse venerandas. Quod enim non dicitur, nisi impolie, simpliciter negari potest. Quae potest esse eidentior idololatria? Res sane adeo evidens est et aperta, ut occultari etiam has loquendi rationes coram simplici populo voluerit idem cardinalis. Nam quantum ad modum loquendi, eius sunt verba o), praesertim in concione

D 2

ad

i) de ecclesia triumphante, libr. II. cap. ult.  
ii) lib. cit. c. 22.

ξ) lib. cit. cap. 21.

*ad populum, non est dicendum, imagines villas adorari debere latraria, sed e contrario, non debere sic adorari.* Ne iam 3) ipsam testis experientiam contrarium ostendentem, in simplicioribus certe. Quod ad prudentiores quidem attinet, refert auctor epistolae libro : *memoires littéraires, insertae π), se animaduer-*tiſſe, bene instructos re vera credere, quod imagines nil fint, nisi ligna, lapides et picturae, nec exstructae, nisi ut adspicientes eas excitarentur ad imitandas eorum virtutes, quos non vident. Ceterum consulendus omnino est, praeter CHEMINTIVM, loc. cit. IOANNES FECHTIVS *q).*

## §. XIII.

○ lipsano-  
latria.

De reliquiarum cultu, qui apud romanenses viget, hoc edocet nos IOAN. GERHARDVS *σ)* ex ipsis pontificiorum scriptis, eodem fere modo ab istis peccari, ac iam quoad reliqua eorum idola obseruauimus. Nimirum 1) fiduciam in illa, spemque ponendo nimiam, ob magnam, quam illis tribuunt, virtutem. Contendunt Tridentini patres *τ)* per corpora sanctorum et martyrum multa beneficia a DEO hominibus praefari, et damnant ibidem affirmantes, frustra frequentari sanctorum memorias eorum opis impetrandae causa. Eundem in modum locutum esse FRANCISCVM COSTERVM *v)* refert GERHARDVS : *reliquias sanctorum honores, nec dubites de auxilio eorum et defensione tui aduersus daemonem, qui timet illorum magnam virtutem.* Ut taceam reliqua huius fiduciae testimonia a pontificiis prolatas, quae apud GERHARDVM legi possunt. Colunt vero etiam eas plerique 2) adorationem maiorem et minorem illis praefando ; iurando scilicet per istas, et ad maiorem iuramenti religionem easdem adhibendo : *sic te DEVIS adiuuet, et istae sanctorum reliquiae ; osculando easdem, tanquam pignora patronorum, secundum BELLARMINI ipsius confessionem ; genua coram illis flebendo ac procidendo, et quae sunt reliqua*

*π)* Vid. *memoires littéraires, à la Haye MDCCXV, tom. I part. I. artic. IX. p. 458.*

*σ)* in dissertatione Rostochii anno MDCCXIII. habita, cuius index : *examen conciliationis doctrinae pontificiae et Lutheranae in articulo de cultu imaginum et reliquiarum.*

*τ)* in *confessione catholica, lib. II. part. II. artic. X. cap. 22. fol. 203.*

*ν)* part. I. concession. 32. post Pentecost.

liqua a GERHARDO allata, et ex dissentientium confessio-  
nibus praxique ab eodem probata φ).

## §. XIV.

Tandem ad cultum, quo aduersarii papam afficiunt, de-  
uenimus, et obseruamus 1) quod quidam omnia fere Chri-  
sti nomina isti attribuere non vereantur, immo, quod horren-  
dum plane, 2) ipsius DEI nomine illum aliquando compellent,  
modo vice-deum, modo pro-deum, modo DEVM ipsum, mo-  
do deum in terris, modo visibile quoddam numen, et quasi  
visibilem quendam deum, ad diuinitatem ipsam plane sublat-  
tum vocantes; 3) varia etiam dicta scripturae, quae de DEO  
et Christo agunt, ex. gr. Io. XII. 32. Eph. I. 20. ad papam  
ore blasphemо applicent; 4) diuina illi adscribant attributa  
et propria, e. c. infallibilitatem, potentiam maximam, infinitam,  
absolutam, immo omnipotentiam; diuinum eidem honorem,  
adorabilitatem adscribant; ac blasphemо statuen-  
tes Christi et papae potestatem esse eandem, eundem vtri-  
que deberi honorem arbitrentur χ). Quis vero iam dubi-  
tabit, quin, qui papam, hominem, hoc modo venerantur, in  
idololatriæ crimen incurrant?

## §. XV.

Quamuis autem esse haec maxime superstitiosa et ido-  
lolatrica, sole meridiano, clarissim coll. §. V. existimem, ne ta-  
men iis, qui minus fortasse in generalibus acquiescere cu-  
piunt, penitus deesse videar, specialiora quaedam, quantum per  
angustas has plagulas fieri potest, patrum testimonia affe-

D 3 ram.

- φ) Conf. praeter 10. GERHARDVM, I.C. MART. CHEMNITIVS, in  
exam.conc. Trid.part.IV loc.1 fol.7 seqq. et 10. FECHTI differt modo citata.  
χ) Horum omnium, quae de modo, quo pontificii papam venerantur,  
diximus, luculentissima afferit exempla GOTTFRIED ERNESTVS  
MULLERVS, in diff. theol. de papolatria Lips. anno MDCCXVI, habita:  
praeter quem hic meretur IOANNES HOEPFNERVS, in  
diff. anno MDCLV. edita, quae inscripta est: *Nomen blasphemiae in  
fronte papae scriptum: DEVS sum, errare non possum, in honorem  
DEI etc. detectum. Add.his GERHARDVS TITIVS, in offenkone sum-  
maria, quod pontificii dogmata sua, sibi peculiaria non possunt unanimi  
scriptorum ecclesiarum, e quinque prioribus post natum Servatorem  
saeculis superstitionem, confensu probare: quae Helmstadii anno MDCLVIII,*  
produit in 4. cap. II. p. 33. seqq.

papolatria.

Patres  
eiusmodi  
cultum pro  
idololatrico  
habuere.

ram. Horum summa id nos edocebit, illos, qui talia perpetrauerint et adhuc committant, idololatrarum nomine esse insigniendos. Cultum enim eiusmodi angelorum disertis verbis idololatricum pronuntiant patres sacc. IV. in synodo Nicaena congregati. Non oportet, inquit  $\psi$ , christianos, relicta DEI ecclesia abire, angelos nominare  $\omega$ , et congregations facere, quod est prohibitum. Si quis ergo inuenitus fuerit ταῦτη την κεκυρμένην ειδωλολατρείαν χολαζειν, occultaे huic idololatriæ vacare, sit anathema, quia reliquit Dominum nostrum Iesum Christum, DEI Filium, καὶ ειδωλολατρείαν προστήσειν, et ad idololatriam accessit. Similem sententiam hac de re tulit AVESTINVS, eum nimurum, qui angelos adoret, templis illis exfruendo, ethnicorum instar idololatriam committere. Nonne si templum alicui sancto angelo excellentissimo, inquit  $\omega\omega$ , de ligno et lapidibus faceremus, anathematizaremur a veritate Christi et ab ecclesia DEI, quoniam creaturae exhiberemus eam seruitutem, quae vni tantum debetur DEO  $\alpha$ . Inuocationem porro et adorationem sanctorum, hosque inter Mariae praeprimis, idololatriam redolere sat clare testatur EPIPHANIUS: revera virgo, inquit  $\beta$ , erat ipsa honorata, sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsis carne genitus est, etiam si in viuis sit. Neque Ioannes adorandus, neque Thecla, neque quisquam sanctus adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus er-

$\psi$ ) canone XXV. apud IOANNEM HARDVINUM, in conciliorum tom. I. fol. 787.

$\omega$ ) Quaedam quidem excipiunt romanenses, quibus hoc testimonium nobis extorquere nituntur. Vid. ROBERT. BELLARMINVS, de ecclesia triumphante, lib. I. cap. 20. et CAESAR BARONIVS, in annal. eccles. ad an. Christi LX. Verum nos solum illum opponimus THEODORETVM, in commentario ad Coloss. II. tom. III. fol. 35. edit. Paris. anno MDCLXII. ubi sensum huius canonis egregie explicat. Conf. BALTHASAR BEBELIVS, in antiquitatibus ecclesiasticis, sac. IV. artic. 8. sect. 4. p. 434. seqq. et IO. CASPAR SVICERVUS, in thesauro ecclesiastico, tom. I. fol. 44. seq.

$\omega\omega$ ) contra Maximinum, Arianorum episcopum, lib. I. tom. VI. opp. fol. 288. edit. Paris. MDCCXXVII. et fol. 329. edit. Bafil. anno MDLXIX.

$\alpha$ ) Ipse INNOCENTIVS III. papa sacc. XIII. templa et altaria creaturis condere, idololatriæ esse docet in lib. III. de mysteriis missæ cap. 11.

$\beta$ ) contra Colyridianos disputans haeres. 79.

ror, ut relinquamus viuentem et adoremus ea, quae ab ipso facta sunt: coluerunt enim et adorarunt creaturam praeter creatorem, et statui facti sunt. Ad imaginum cultum et adorationem quod attinet, prouocamus ad ORIGINEM, qui γ), ει τιμωρευ, dicit, τα αγαλματα, και δια το μη, το ονον εΦ ήμα, καταπιπτεν εις υπόληψιν την περι του εναγ τα αγαλματα θεος έπερνεν. Non honoramus statuas, etiam ne, quantum in nobis est, incidamus in suspicionem, quasi nobis sint statuae dii alieni. Conf. quoque, si placet, concilium Nicaenum δ): vide sis etiam TERTULLIANVM ε), EPIPHANIUM ζ), LACTANTIVM η), et AVGUSTINVM θ). Saeculo adhuc VIII. cultum imaginum habitum fuisse idololatricum, afferere licet nobis Caroli Magni testimonio suffultis θθ): nos, ait hic, imagines in basilicis positas idola non nuncupamus, sed ne idola nuncupentur, adorare et colere eas, iisque seruitum impendere recusamus. Pariter cultum reliquiarum sanctorum religiosum, HIERONYMVS his verbis labefactat ι): nos non martyrum reliquias colimus et adoramus, ne seruiamus creaturae potius, quam creatori, qui est benedictus in saecula. Artolatria et papolatria hodiernorum pontificiorum primaevae ecclesiae plane ignotae fuerunt: illius enim nullum ante saeculum VIII. inuenies vestigium η); ad hanc quod attinet, notanda sunt verba ipsius AENEAE SYLVII λ), ante concilium Nicaenum ad Romanam ecclesiam parvus habebatur respectus. Alias nulli dubitamus, quin, si obtinuisset, eadem eas censura notaissent patres. Ceterum huc maxime faciunt, quae IOSEPHVS BINGHAMVS nobis refert μ).

## §.XVI.


- γ) libr. VII. contra Celsum: in quo toto similia passim deprehendes.
- δ) canone I. apud HARDVINUM, tom. I. concil. fol. 509.
- ε) libr. I. de idololatria, cap. 4. et 15.
- ζ) in epifola ad Ioannem, episcopum Hierosolymitanum.
- η) in institutionibus diauinis, lib. II. cap. 19.
- θ) de moribus ecclesiarum catholicarum, lib. I. cap. 34. tom. I. operum.
- θθ) de impio imaginum cultu, lib. IV. cap. 18. p. 510. edit. quae cura Summe Reuerendi CHRISTOPH. AVGUSTI HEVMANNI an. MDCCXXXI. in 8. Hannoverae proditi.
- ι) epifl. 51. aduersus Vigilantium.
- κ) Vid. IO. VALKENIER, in Roma paganizante, cap. 16. p. 347.
- λ) epifl. 288. Conf. et IO. VALKENIER in speculo papismi, quod accessit eiusdem Roniae paganizanti.
- μ) in originibus ecclesiasticis, vol. V. pag. m. 80. seqq.

## S. XVI.

*Epilogus.* Desiderabis autem, lector beneuole, nec vitio tibi veritimus, pleniorum adhuc, quod cultus eiusmodi idololatricus in veteri ecclesia haud obtinuerit, ex ipsorum pariter veterum christianorum ritibus, ac patrum antiquissimorum dictis, confirmationem. Fatemur etiam, ad huncce cum nos accingeremus laborem, sic rem pertractare, animum nobis omnino fuisse. Verum dabis veniam, confidimus, haecce, ob penuriam temporis accuratam patrum collationem parum permittentes, non omittentibus, quam potius in commodiorem occasionem differentibus. Interim cum iam ipsi filum coeptum in praesenti commentatiuncula penitus pertexere nequeamus, veluti ad finem properantes et in transitu notamus, plurima huc pertinientia a viris longe celeberrimis tenuitatemque nostram superantibus iamiam fuisse collecta <sup>v</sup>). Verum nec ex ipsis desunt romanae sedis propugnatoribus, iam a communi suorum hac in parte sententia quodammodo abeuntes <sup>ξ</sup>). Quemadmodum autem certis in obscurissima tenebrarum densitate circumambulantibus, Numinis Diuini gratiam, mentes eorum illustraturam, ex animo vouemus, ita Eide m pro conseruato in ecclesia nostra euangelica vero Ipsius cultu laudes dicimus atque gloriam:

יהוָה צבאות אשר אומך כותחך

- <sup>1)</sup> ex gr. 10. CASPARI SVICERO, in thesauro ecclesiastico VOC. magne, αγγελος, εικων, etc. IOANNE DALLAEO, in opere de obiecto cultus religiosi, lib. I. cap. 2. 3. 4. et in libro de imaginibus; IOANNE GERHARD <sup>9</sup>, in locis theologicis, tom. II. loc. 29. de morte; §. 426 seqq. et in confessione catholica passim; JOSEPHO BINGHAMO, in originibus ecclesiasticis, vol. V. pag. m. 80. seqq. et vol. X. lib. XXXII. c. 4. §. 9. pag. 95. seqq. D. SALOMONE DEYLINGIO, insigni academiae huius, immo totius orbis eruditum ornamento, Praeceptore nostro et Patrono aetatem deuenerando, in observationibus miscellaneis hoc anno hic Lipsiae editis, exercit. V. qua nouitas errorum pontificiorum circa sacram eucharistiam offenditur, off. 8. 10. et 11. GERHARD O TITIO in offensione summa via supra iam laudata, MARTINO CHEMNITIO in examine concilii Tridentini, locis citatis; IO. VALKENIERIO in libro citato; alius: taceo iam dissertationes supra citatas, aliasque.  
<sup>2)</sup> exempla quaedam afferuntur dissertationis de honore sanctorum vero et falso anno MDCXXVII. euulgatae.




AB: 154071



82

KD 28

Vd 17



B.I.G.



W 19

DISSERTATIO EPISTOLICA,  
Q V A  
P A T R E S  
P R I O R V M S A E C V L O R V M  
I D O L O L A T R I A E  
R O M A N E N S I V M I V D I C E S  
S I S T V N T V R,

---

A D

V I R V M

P R A E N O B I L I S S I V M , P R A E C L A R I S S I V M  
A T Q V E A M P L I S S I V M

I O A N N E M D I E D E R I C V M  
W I N C K L E R V M , A . M .

E L O Q V E N T I A E E T P H I L O S O P H I A E P R A C T I C A E  
I N A T H E N A E O H A M B V R G E N S I P R O F E S S I O N E M  
S O L E M N I T E R A V S P I C A N T E M ,

A V C T O R E

F R I D E R . M A T T H A E O R E I M B O L D O  
H A M B V R G E N S I .

---

D. XIII. DECEMBRIS A. R. S. MDCCXXXVI.

